

## DEDICATIO.

fidei symbolum moribundus reliquit, fidelitatem ejus & curam demando impensam docendi muneri, *Vobis, Serenissimi Principes*, incorrupto quasi testimonio declarandam. Quare, dum ad pedes *Serenitatis Vestræ* provoluti humilima devotione hoc, quicquid est, libamus, respicite nos de *Celsitudinis Vestræ* folio clementissimi, atque Parentis in Vos pietatem filios æmulari credite, cujus nos in hoc sequi vestigia laudi ducamus, Deo non minus indefesse pro *Vobis & Patria* supplicantes, quam studiis servire humilimis, imo vitam profundere parati. Quam uti verissimam, nobisque una cum lacte instillatam, & obfirmatam magis magisque cum temporis successu sententiam tenemus: sic publice L. M. Q. profiteri, & interposita hac veluti arrha & pignore indubitam exploratamque testari meo & fratrum

C

nomi-

LUTOLI